

Bernhardus frater predictorum C̄vnradi et Reinhardi, Ivttā cum duobus suis filiis Ottonē videlicet et Heinrico, Kvnegundis | quoque sorores predictorum necnon et ceteri coheredes, ad quos predictorum bonorum ius et proprietas pertinebat, Dobelin in nostra presentia constituti, resignationem eorundem bonorum factam a C̄vnrado | et Reinhardo fratribus approbantes secundum bonam consuetudinem terre nostre antedictos decem mansos, pratū, tabernam quoque cum omni fructu, qui inerat nunc vel accrescere | poterat in eisdem, non comparente aliquo, qui resignationis eiusdem existeret contradictor, tam plenissime resignarunt, quod ipsis et posteritati eorum in bonis eisdem non retinuerunt | penitus quicquam iuris. Fuit autem resignatio predictorum bonorum ab universis heredibus et coheredibus ita facta, quod abbati et conventui sancte Marie in Cella sepe dictorum bonorum proprietatem | et dominium ita integre, sicut ipsi possederant, sine questione qualibet traderemus, quod, sicut debuimus, fecimus, tradentes eis possessionem pacificam, proprietatem et dominium bonorum | omnium predictorum. Ad habendam igitur perpetuam memoriam omnium premissorum, sicut gesta fuerant, conscribi^{c)} fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes vero prime resignationis | facte X^oIII^o kalendas aprilis sunt hii: Theodericus Nvwenburgensis, Heinricus Misnensis maiores prepositi, Hermannus comes de Hennenberg, Hermannus de Lodeburg, Meinhervs | burchravius Misnensis, Ulricus de Maltiz, Wiricus de Khirberg, Hermannus de Dobelin, Otto de Nideke et alii quam plures. Testes autem secunde resignationis | facte III^o kalendas augusti sunt hii: Meinherus Misnensis burchravius et Hermannus filius eiusdem, Hermannus de Lodeburg, Meinherus de Vizzenburg, Thimo de Schellenberg, | Hugo de Wolkenburg, Heinricus marschalcus et C̄vnradius camerarius fratres de Gnannensteine, Vlricus de Maltiz, C̄vnradius de Steinbach, Hermannus de Stupiz, Heidenricvs^{d)} | de Grunenhain, Godeschalcus Khezellut, Bernhelmus de Khozzenrode, Iohannes de Aldenburg, Iohannes de Antiquo Monte, Sifridus Grelle et alii quam plures. Acta | sunt hec anno gratie millesimo ducentesimo quadragesimo primo, indictione quartadecima; feliciter amen.

(SP.)

120.

Markgraf Heinrich von Meißen beurkundet, daß der Streit zwischen dem Kloster Altzelle und dem Rat der Stadt Freiberg über den der jeweiligen Partei zustehenden Anteil an neuen Erzvorkommen, welche auf dem Gebiet des Klosters entdeckt werden, durch einen Vergleich beigelegt worden ist.

1241 August 8, (Krummen-)Hennersdorf¹⁾

Original: Dresden, SächsHStA, OU. 373 (A), seit 1946 verschollen; Abb.: Hartmann, Krummenhennersdorf, S. 55, Abb. 19; Kube, Bergbau, Bild 1 (zwischen S. 16 und 17);

c) sic A, vor conscribi ist presentem paginam o. ä. zu ergänzen.

d) Heiindenricvs durch Unterstreichung des n (mit derselben Tinte) zu Heidenricvs korrigiert A.

120. 1) Nördl. Freiberg, Sachsen; nach Schwabenicky, Bergbau, S. 172, Anm. 26 eher (Lang-)Hennersdorf, nw. Freiberg, Sachsen.